Inter omnia posuisse filium vel impius videretur: quia
viderat dixisse filium pater quod dedit mihi maius om
nibus est. Sed fortasse aliquis dicat. qua ratione cum di
xerit hic ex patre omnia & per filium omnia de spiritu sancto ta
cuerit. & hinc cupiat praeiudicium comparare. Quod
si pergit maliciose interpretari. quam multis invenit lo
cis praedicatam sancti spiritus potestatem. In quibus vel de patre
vel de filio nihil scriptura expresserit sed intellegendum
reliquerit. Numquid ergo cum gratia spiritus praedicatur
dei patris aut unigeniti filii denegatur; Non ita; Quia
sicut pater in filio & filius in patre. ita etiam diffusa est in
quit caritas dei in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est
nobis. Et sicut qui benedicitur in Christo benedicitur in
nomine patris & filii & spiritus sancti quia unum nomen est. po
testas una. ita etiam ubi operatio aliqua divina aut pa
tris aut filii aut spiritus sancti designatur. non solum ad sanctum
spiritum sed etiam ad patrem refertur & filium. nec solum
ad patrem sed etiam ad filium refertur & spiritum. De
nique & ethiops eunuchus candacis reginae baptizatus
in Christo plenum mysterium consecutus est; Et illi qui
negaverunt se scire spiritum sanctum quamvis baptizatos se